

1797

C A S U I S T I C I.

1798

aliquo postea oblitteratum. Opus ceterum jam *Vol. I. P. 3. col. 2505.* et alias hoc *Vol.* retuli una cum *Adparatu* seu *Glossa*, qua etiam in praesenti Exemplo gaudet. Nec sub finem alphabetica in omnes IV. Libros Tabula deest. Fuit olim Bibliothecae Episcopatus *Neostadiensis*.

DCCXLVI.

R. 3040

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 321. f. luculente et pulcre perscriptus, coloribus illustratus, annoque 1426. donatus, ut praefertur, *Monasterio sancte Dorothee vienne ab Ordinario in Scola Juristarum Magistro Casp. ro (de Meisfelstein) aliud est praecedentis Summae Exemplar Glossa Textum passim ambiente, et ad calcem Tabula alphabetica instructum. Ante Tabulam minio: Johannes de Columbaria (Colmaria) dictus Hebesche scripsit summam istam. Sit nomen domini benedictum. Amen. Quid vero peni receperit, notavit Possessor fol. ult. vacuo ita: Pro pergameno. et Scriptori. dedi in ista Summa. VIII. libras. et VII. solidos. Sine illuminatura. ligatura. et correctura.*

DCCXLVII.

R. 3114

Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 222. 4. optime scriptus et servatus, coloribus illustratus, ejusdemque olim *Monasterii* eandem *Summam* exhibet, Denis Codd. *Theol. V. II. P. III.*

Autoris nomine sub initium et finem sola prima litera R. expresso, cui in fine additur: *de mio*, quod, ne quem moretur, contractum est pro *Matrimonio*.

DCCXLVIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 68 XIV. Folior. 343. 8. per duas columnas manu difficiliore exaratus, rubricis insignitus, et quondam *congregationis monachorum sancte Justine de padua deputatus Monasterio sanctorum Seuerini et Sostij de Neapoli* praetextis quibusdam fragmentis aliquot *Sermonum* de B. V. Maria continet S. Raymundi de Peniafort O. P. qui iussu Gregorii IX. compilavit V. *Decretalium* Libros, et annum 1275. supremum vitae habuit, *Summam de Poenitentia et Matrimonio* IV. Libris distinctam, cujus initium est: *Incipit summa de casibus compilata a fratre remondo. Quoniam ut ait iberonimus secunda post naufragium tabula est culpam simpliciter confiteri &c.* Comitatur Raymundi textum in marginibus Glossa, quae in edit. Rom. 1603. f. quae mihi objacet, Johanni de Friburgo ejusdem Ord. nobis Germanis fati noto aperte tribuitur, reclamante postmodum Jac. Quetifo in *Scriptt. Ord. Praed. T. I. p. 109. f.* huic turpi, ut vocat, errato, Glossamque hanc *Guilelmo Rhedonensi* alteri Sodali suo solide vindicante, cui et *Codex* noster adstipulatur; ad calcem enim Operis post hanc clausulam: *Explicit summa Magistri Ray-*

B

mun-